



Stockflecke

9. J. 180

Theol. P. VIII. 367 64.



EXPLICATIO  
Ἐλεγκτικὴ  
Evangelii Dominicæ primæ  
post Epiphaniorum Festum.

Quam  
DEO DVCE  
P R E S T O

Dn.  
JOHANNE GERHARDO  
DOCTORE ET PROFESSORE  
THEOLOGO.

Suo  
Patrono & Preceptore & Affine  
honorando  
Publicè  
ad disputandum proponit  
M. WILHELMUS LYSERUS

ANNO M DC XVII.

JENÆ  
Typis TOBIÆ STEINMANNI.



VIRIS  
admodum

REVERENDIS MAGNIFICIS STRENVIS  
AMPLISSLIMIS CONSULTISSIMIS

quâ virtutem, quâ experientiam, quâ doctrinam,  
**PRÆCELLENTISSLIMIS.**

D N N.

**PRÆSIDI & ASSESSORIBUS**  
SUPREMI ELECTORALIS CONSISTORII  
DRESDÆ

PRUDENTISSLIMIS, INTEGERRIMIS,  
FIDELISSLIMIS, VIGILANTISSLIMIS,  
MERITISSLIMIS, DIGNISSLIMIS;

meis

DOMINIS & PATRONIS

summè

HONORANDIS SUSPICIENDIS

Quiā debui      Quiā volui  
meritò      Iubens

Hanc

συζητησον      ἐλεγκτησον

In mei

Commendationem

humiliter submisse  
offerō

M. WILHELMUS LYSERUS.



# EVANGELIUM

DOMINICÆ I. POST EPI-

phaniorum Festum.

Luc. 2. à v. 41. ad finem usq; cap.

THESES. I.



Hristus omnes sanctificaturus æta- Proæmium;  
tes, in omnibus singulare quid præsttit. Qua de-  
re eleganter Iren. advers. heres. l. 2. c. 39. Omnem  
etatem sanctificabat, per illam que ad ipsam erat si-  
militudinem. Omnes enim venit per semetipsum sal-  
vare: Omnes inquam, qui per eum renascuntur in  
Deum, infantes & parvulos & pueros & juvenes & seniores. Ideo per  
omnem venit atatem & infantibus infans factus sanctificans infantes,  
in parvulis parvulus, sanctificans hanc ipsam habentes etatem, simul  
& exemplum illis pietatis effectus, & justitiae & subjectionis. Juvenibus  
juvenis, exemplum juvenibus fiens & sanctificans Domino. Sic & se-  
nior in senioribus, ut sit perfectus magister in omnibus, non solum jux-  
ta expositionem veritatis, sed secundum etatem, sanctificans simul &  
seniores, exemplum illis quoq; fiens. De infantia hactenus actum:  
Puerilis & juvenilis ætas in nostro describitur Evangelio; illa in  
anni duodecimi, hæc in reliquorum 18. annorum gestis: Cumq;  
in prioribus gestis festi visitatio & pueri amissio occurrat; Tres  
Evangelii constituimus partes, in quibus consideramus Christum  
1. in templo. 2. in Schola. 3. In domo.

## PRIMA PARS.

Christus in templo.

II. Occurrit primò historiae occasio. 2. Christi adscensio. 3. Festi Parentum  
celebratio. Illa est anniversaria parentum profectio. Vbi nota 1. Per- profectio.  
sonas, videlicet Christi parentes, (observat Vatablus quædam ex-  
emplaria

A 2

emplaria Græca habere Joseph & mater ejus) alter curæ cui ma-  
data Ex. 23, 17. 34, 23. Levit. 23. Deut. 16. altera naturæ de qua qua-  
stione 6. 2. Profecitionis iteratione, quotannis id faciebant. 3. Ter-  
minum, Hierosolymam, denominatam Psal. 122, 13. 2. Par. 7, 12.  
distantem Nazaretha itinere tridui 16. ferè milliarium, vel (ut Bro-  
cardus notante Brugen: putat) ut minimum 27. Leucarum. 4.  
Tempus, festum Paschæ, quod quidam exclusivè accipiunt, ut in re-  
liquis duob. festis indulgentia legis remotiorib. pepercit; quidā  
v. (ut Beda in Homil. & ex Pontificiis etiam Fr. Luc. Brugen. Comm.  
tom. IIII. super h. l. Salmer. tom. 3. Tr. 46. nec alienus est Jansen. t. 12.  
*Concor. Evang.*) affirmationem non esse exclusionem putantes, fe-  
sti Paschatos tantum mentionem fieri autumant, vel quia illo quod  
narrandum contigerat, vel quia illo solo Maria adscendere soli-  
ta. Tempus causam impulsivam & finalē adscensionis simul in-  
volvit.

2. Christi  
adscensio  
ad festum.

III. In Christi adscensione ad festū cōsideranda sunt ejus, I. Persona,  
quæ nec legi subjecta, nec Sacramento indigebat, subjicit se tamen  
etiam huic ordinationi sicut toti legi. I. nostri causa. II. ut se ex  
Israelitarum numero esse ostenderet. III. ut confirmaret Sacra-  
mentum à Deo institutum duraturū usq; ad ejus immolationem.  
2. atas, videlicet annum duodecimum jam egressus erat. Confer  
Typum Simsonis Jud. 14, 6. Salomonis 1. Reg. 3. Danielis Dan. 13.  
Discrepant hīc authores, quidam enim hac vice primū fuisse à  
parentibus Christum Hierosolymam deductum putant, quia me-  
tuerant hactenus Archelaum Matt. 2. addi potest videri infantes ad  
esum agni Paschalis hād fuisse admissos. Vid. Dn. D. Präsid. Tom.  
4. Loc. De circumcisione & agno Paschali §. 44. Contraria sententia  
probabilior videtur. I. Quia Lucas non dicit, quod tunc primū  
secum duxerint, sed quod tunc remanserit Hierosolymis. II. Nec  
verisimile parentes tam carum puerulum solum reliquisse. III. Ne-  
gligentia insignis fuisset, si prima vice melius non observassent.  
IV. Conjecturam, esse videlicet in comitatu, ex illis quæ priùs ac-  
ciderant, videntur collegisse. Timorem de Archelao facile excu-  
tere potest & timor Dei ei præferendus & latendi commoditas in-  
confluente tanta turba, & temporis brevitas, cùm non habitatio-  
nis sed peregrinationis causa Judæam adirent: nec denique eviden-  
ter constat, Archelaum hoc anno relegatum fuisse. Consentit  
August.

August. lib. 2. de consens. Evangel. c. 10. Chemnit. lib. 1. Harm. Evang.  
c. 15.

IV. In festi celebratione perpende 1. Erga legem observantiam:  
adscendunt (Græca exemplaria plæraq; legunt ἀναβάτων, sed Reg. 3 Festi celeb.  
Cod. in præsenti ἀναβατῶν, quod & Brug. in Not. ad var. lect. in  
suo octavo invenit codice) non ex curiositate aut voluptate, sed  
κατὰ τὸ ἔθος secundūm consuetudinem, prout requirebat mos festi:  
consuetudinem hīc non ab hominibus excoigitatam, sed ex lege  
ortam intelligendām Th. 2. monstravit. 2. in sacris perseverantiam,  
non discedunt priusquam ad finem perduxissent τὰς ἡμέρας illas  
dies, ubi articulus vim habet ἀναφοριὴν. 3. Reditum ad øconomiam:  
Piscator in Not. putat in his verbis (εἰ τὸ θυσέοντες) incipere  
Apodosin periodi, sicq; ad subsequentia essent ea referenda: Sed  
Syrus ad antecedentia refert: Et ut completi essent dies, reversi sunt:  
Jesus autem puer &c.

### QVÆSTIONES EX HAC PARTE.

I. An peregrinationes Pontificiæ probanda? Peregrinationes vel  
sunt Politicæ, ob varias in vita communi causas, vel Ecclesiasticæ,  
religionis gratiâ institutæ. Haec aliae in V. aliae in N. T. In V. T. quæ-  
dam fuerunt prohibitæ, quædam mandatæ. Prohibitæ 1. ad Idola  
gentium Jer. 2, 24. 2. ad excelsa Patrūm 1. Reg. 14, 22. in quibus  
videlicet illi sacrificaverant Job. 4, 20. 3. ad serpentem æneum 2.  
Reg. 18, 3. divino mandato olim erectum Num. 21. sed cum idolo-  
latria accederet destructum. Mandatæ, ad locum à Deo electum,  
Deut. 16, 16, 17, 5. In N. T. quædam sunt sublatæ, ut V. T. cum reli-  
quis ceremoniis Jer. 3, 16. Job. 4, 21. 1. Tim. 2, 8. quædam sunt li-  
cite imò necessariæ, ut 1. Spirituales à falsa doctrina 2. Cor. 6, 7.  
Apoc. 14, 4. 2. secessiones ad loca in quibus purum religionis exer-  
citium. 3. exilia in persecutionibus Matth. 10, 23. 23, 34. quædam  
sunt illicitæ imò impiæ, ut Turcicæ, Mecham ad septichrum Maho-  
meti. Vid. Philip. Lonicer. Tom. 1. lib. 2. c. 14, 15, 16. Chronic. Turc.  
Pontificiæ ad loca sanctorum; quæ 1. non sunt necessariæ, cum  
Deus ubiq; præsens. 2. Non sunt à Deo madatæ. 3. Sunt verbo con-  
trarie M. 24, 23, 26. 4. Causa efficiens superstitionis. 5. Forma iθ-  
λογονον M. 15, 9. Esa. 29, 3. 6. Finis idololatricus. 7. Imò pu-  
gnant cum natura N. T. Joh. 4, 21. 1. Tim. 2, 8. 8. destituuntur  
antiquitate, vid. orationem Greg. Nyssen. in cent. Magdæb. 4. c. 10.

col. 936. Hieron. ad Paulin. T. 1. Ep. 13. p. 102. Vitiosam ergò esse consequentiam, quam à parentum Christi peregrinatione V. T. mandata, & in N. sublata, ad Pontificias probandas Grodic. conc. 2. Bartscius Tom. 2. p. 93. Bellarm. Tom. 2. Cent. IV. lib. 3. de cultu Sanctor. c. 8. §. sed nihil horum: deducunt, quivis videt.

II. An processiones Pontificia probanda? Nostra de processionibus eadem quæ de peregrinationibus sententia, quam vid. in Dominicana Palmarum p. 2. q. 5. Eas Costerus in Domin. Palmar. p. 325. ut maximè velit ex profectio[n]e hac, cum ne similitudo quidem ulla appareat, minimè probare poterit. Quærendo ergò pergimus.

III. An Festorum observatio retinenda? Triplici distinctione totam rem expediemus. 1. Distinguimus inter Festa, alia sunt Iudaica, quæ fuerunt pars necessaria cultus divini, non sine mortali peccato omittendi, hebdomatica videlicet, menstrua, anniversaria, septuennia, Jubilæa, atq[ue] hæc sublata Gal. 4, 10. Col. 2, 16. Alia idololatrica, ut Festa Ethnica, & quædam Pontifica Sanctorum, (quandoque etiam incertorum, & de quibus nulla in Scripturis fit mentione,) ad eorum patrocinium promerendum: Huc referimus idololatricum Corporis Christi Festum, atq[ue] hæc sunt abolenda. Aliæ sunt Christiana ad recordationem singularium beneficiorum Dei instituta, & hec retinenda 1. singularia enim qualia sunt Nativitas & resurrectio Christi, singulari modo & tempore sunt celebranda. 2. Celebritates istæ fortius memoriam beneficiorum repræsentant, & ad gratias agendas extimulant. 3. Sicut Christiani suum habent Pascha 1. Cor. 5, 7. ita etiam habere debent suum Festum Paschale. 4. Sicut Deus à beneficiis in V. T. Iudeis exhibitis non solum se appellavit, sed ad recordationem eorum Festa instituit, ita cum in N. T. se etiam appellat à beneficiis illis, Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi, Festa quoque ad recordationem eorum erunt instituenda. 5. Cum ordo anni distinctiones temporis exigat, cur eas non potius à spiritualibus beneficiis quam à Iudeorum & Ethnicorum Festis describeremus.

2. Distinguimus in Festis inter genus & inter speciem. Genus siue ῥῆ morale in V. T. fuit conventus ad Scripturarum lectionem & precum communium celebrationem Act. 15, 21. Luc. 4, 16, 17. 1, 10. hoc tantum abest, ut in N. T. sit sublatum, ut potius perpetuum tam Sabbathum colere debeant Christiani, cum Christus suam præ-

præsentiam peculiariter talibus promiserit Matth. 18, 20. Ad peciem pertinent i. particulares celebrationis fines, ut typicus, qui in N. T. impletus cessat. Judaicus ob peculiare beneficium Judaico exhibutum populo, qui alienus. 2. Peculiares circumstantiae temporis, locis, modi, & hæ ad ceremoniale pertinent, quod ita quoad necessariam observationem conscientiis in N. T. sublatum, ut tamen omnina debeant fieri ordine & decenter i. Cor. 14, 40. Col. 2, 5. nec deserenda congregatio Heb. 10, 25.

3. Distinguimus inter Festorum celebrationem & accedentem abusum. Etsi enim in Novo Testamento non sit dierum discrimen Rom. 14, 5, 6. Col. 2, 16. Galat. 4, 10. & hinc quotidie quandoque Apostolica Ecclesia convenerit Act. 21, 26. 5, 42. at tamen cum jam fervor iste amplius non inveniatur, & alii necessitate quærendi victus, alii vocationis laboribus, alii neglectu religionis impediti quotidiè non convenient: ad hosce excitandos certus septimanæ dies, & solennia quædam Festa, ad communes preces, gratiarum actiones, Eucharistiae celebrationem, Scripturarum & præcipuorum fidei articulorum explicationem, beneficiorum per Apostolos & alios nobis à Deo exhibitorum recordationem, Ecclesia liberè ordinis gratiâ constituit & conservat. Ab hac libera Ecclesiæ ordinatione separandus abusus & in excessu & in defectu. In excessu i. Judaizantium videlicet operum necessitatis & caritatis prohibitio, de inchoatione Festorum scrupulosa disputatio. II. Pontificiorum i. cultus opinio v. g. inesse Festis per se sanctitatem, esse cultum Dei ex opere operato, etiamsi vera desit pietas. 2. meriti opinio, putant enim peculiaria Festis inesse merita, eadē per se delere peccata. 3. necessitatis opinio. 4. Pietati & negotiis Politici noxia multitudo. 5. Adh̄erens multiplex superstitionis, in ceteroniis ludicris, missaticis, in consecratione luminarium, herbarum &c. III. nostrorum etiam quorundam tantum illis diebus pietatis exercitiis studendum esse arbitrantur. In defectu i. illorum, qui non ad pietatis exercitia, sed superbiam, ignaviam, imò nequitiam Festis abutuntur. 2. Calvinianorum, Puritanorum, Anabaptistarum confusio, ordinem hunc ab antiquissimis temporibus observatum interturbantum. His ritè observatis facile ferri potest judicium de iis, quæ ex hoc loco de Festis deducunt Stapleton. Prompt. Cathol. tex. i. Bartsc. T. 2. pag. 102. quibus adde Bellarm. Tom. 2. Cont. 4. lib. 3. de cultu Sanctor. c. 16. ut & de illis, quæ Calviniani



viniani celebrationi Festorum opponunt, vid. *Wolf. lib. 2. de tempore & ejus mutationibus c. 4.* Latiorem propositorum explicacionem & confirmationem vid. *Tom. IV. Examin. Concil. Tritend. Chemnit.*

IV. *An consuetudines Ecclesiasticae piè servanda?* Prolixus de affirmativa in genere probanda est *Stapleton. Promp. Cathol. tex. 2.* Nos distinctione hac respondemus. *Consuetudines* versantur circa res vel fidei, vel adiaphoras. *Priores* aut sunt in verbo Dei præscriptæ & necessariæ, huc pertinet consuetudo legis *Luc. 2. v. 27.* consuetudo Festi *v. 42.* confer *thes. 2. § 4.* Aut sunt eidem contrarie, & ut vitiosæ rejiciendæ, i. quia ad verbum Dei examinandæ *M. 19. 8.* in quo 2. expressè prohibentur *Levit. 18. 3. 2. Reg. 17. 33. 40.* 3. quia earum observatores hypocritæ *Mattb. 15. 3. 4.* quia ne in Politicis quidem consuetudo rationibus aut legibus præscribere potest. 5. Quia ejusmodi consuetudo definitione bonæ consuetudinis destituitur, ut rectè *Cyprianus in Epistola contra Aquarios.* *Consuetudo*, inquit, *sine veritate est vetustas erroris.* 6. Multæ consuetudines Judæorum expressæ legi contrariae v. g. *Luc. 22. 39. Joh. 18. v. 39.* & Ethnicorum fuissent retinendæ. 7. Accedit consensus Patrum in ipso jure *Canon. Dist. 8. can. 4. 5. 6. 7. 8. 9. citatus.*

*Posteriores* aut sunt superstitiones, & quia superstitione adiaphororum naturam mutat verboq; Dei contraria est, idem quod de præcedentibus esto de iis judicium; aut sunt scandalosæ & tollendæ *Heb. 10. v. 26.* aut sunt onerosæ Ecclesiæ, vel ob pompam, vel ob multitudinem, ( sicuti *Augustin. Epist. 119. ad Januar.* conqueritur suo tempore vix tolerabiliorem Christianorum quam olim Judæorum fuisse statum ) & corrigendæ. Extra de consuet. i. aut sunt fructuose ad ordinem Ecclesiæ aliumvè finem utilem facientes, & non temerè nec sine consensu totius Ecclesiæ mutandæ. i. *Cor. 11. v. 16.* Quivis hinc videt confusionem consuetudinū necessiarum *Luc. 2. v. 27. 42.* ut & fructuosarum *Luc. 22. v. 39.* i. *Cor. 11. v. 16. Luc. 1. v. 9.* imò etiam Politicarum constitutionum *Act. 25. v. 16.* Cum consuetudine vitiosa *Mattb. 27. v. 15.* legi divinæ directè contraria: & superstitione ciborum observatione Apostolico repugnante effato *Col. 2. v. 16.* non sine insigni fraude à *Stapletono* institutam fuisse.

V. *An Ecclesia in præceptis Dei dispensare possit?* Canonistæ absurunt

terunt, Papam (Illum n. Pontificii nomine Ecclesiae intelligunt, cum in eo solo infallibilem authoritatem esse statuant juxta Bellarm. lib. 4. de Pont. Rom. c. 2.) posse dispensare contra q. prima concilia: item contra verba Evangelii, licet non contra mentem. Ecclesiae id tribuit Cardinalis Cusanus Epist. 2. § 3. ad Bohemos citante Morn. in mysterio iniquitatis p. 1230. causam hanc addens quod mutata Ecclesiae sententia mutetur Dei judicium: hincq; Conc. Trid. sess. 5. caus. 2. putat ministros dispensatores mysteriorum Dei appellari. Palliare ejusmodi dispensationem conantur. Grodic. Conc. 2. Bart- scius tom. 2. p. 108. exemplo parentum Christi, qui cum Synagoga Judaica trium Festorum visitationem unâ permutârint.

In genere quod attinet has dispensationes, mittimus jam 1. Scripturarum defectum, in illis enim universis tale privilegium Ecclesiae nusquam tribuitur. 2. blasphemum effatum, quo Ecclesia (imò Papa) supra Deum ita extollitur, ut hic pro illius libidine iudiciū mutare teneatur. 3. equivocationis lusum in voce dispensationis, quæ non in ordinibus mutantis & pro arbitrio agentis, sed oīoribus obtemperantis officium designat. Urgemus tantum affirmativam pugnare. 1. Cum natura veræ Ecclesiae, ea enim ad verbum alligata; nō mutare sed audire & servare &c. est nota eorum, qui ex Deo sunt, Joh. 8, 47. ovium Christi Joh. 10, 27. & diligentium Christum 14, 23. Pactum conjugale hoc est, Esa. 59, ult. idq; ipse Petrus à Soto in refut. conf. Wirtenb. concedit. 2. cum natura verbi & præceptorum divinorum, quæ nec additionem, nec detractionem, sicq; nullam mutationem patiuntur, Deut. 4. 5. 12. Matt. 15. Ap. 22, 18, 19. 3. cum natura dispensationis: dispensatio enim juxta ipsos Pontificios est relaxatio juris communis facta cum cause cognitione, ab eo, qui jus & potestatem habet dispensandi: ut scilicet sit licentia vel mutandi aliquid in lege, vel faciendi aliquid contra legem: at licentiam hanc solus Legislator Deus dare potest. Unde Baldus rectè dixit, tales Pontificis dispensationes esse dissipationes.

Distinguimus tamen, si in genere de dispensatione quæratur inter casus, 1. necessitatis non cuiusvis sed planè immutabilis. 2. infirmitatis agnoscendæ non imitandæ. 3. libertatis in rebus adiaphoriticis: in priorib. duobus solus Deus, in postremo Ecclesia dispensare potest. Exemplum parentum Christi nil probat, cum nulla exclusiva adsit, confer th. 2. petitio igitur principii committitur, donec

reliquis Festis eos non ascendisse probetur. Si hoc vel maximè ponatur, pertineret ad casus infirmitatis, tenebris eorum temporum cum reliquis abusibus & doctrinæ corruptelis ascribendæ, non verò approbandæ.

V.I. *An èthiologia probanda?* Opera voluntaria & ex propria devotione, intentione & electione orta, nec in verbo Dei præscripta (ita enim ornant Pontificii suos electitios cultus; de adiaphoris enim quæ per se & in se cultus non sunt, sed ad illuminantùm serviant, libertas Christiana etiam nobis nota est) exemplo Mariæ probare *Staplet. Prompt. Cathol. t. i. Coster. p. 131. Gredius, Bartscius &c.* sed frustrà conantur. Maria ascensionis sua varias potuit habere causas, et si enim solum viros lex obligaret, & Maria sub eodem cum Christo habitans recto templi Domini num domi haberet: ascendit tamen Hierosolymam *vel ob singularem solitudinem de marito ob senium & filio ob pueritiam debiliore: vel ob specialem gratitudinem: specialia enim beneficia specialem requirunt pietatem: vel ob filii cognitionem, cum sciret se adducere illum Puerum, qui ut dominator ad templum illud venturus, Malach. 3, 1. Hag. 2, 8. vel ob alium arcanum Spiritus S. instinctum.* Nulla tamen hinc consequentia ad ascensionem hanc fuisse in se cultum divinum, sed potius cultui in templo Deo juxta ejus mandatum exhibendo inserviebat. Nulla ergò itidem consequentia ab hac libera actione Mariæ ad cultus Papisticos meritorios, de quibus plura vide *Dominica I. Adventus & Palmarum p. 2. quest. 6.*

VII. *An pii opera supererogationis præstare possint? Marianos docet multa opera supererogationis præstare: ait Osor. p. 246. id etiam asserit Coster. p. 130. Affirmativam ergò defendunt, contrariam naturæ & conditioni i. Piorum tum quia adhuc peccata circumponunt Rom. 7, 1. Joh. 1, 8. coguntur petere remissionem peccatorum &c. tum quia tantum primitias hac in vita acceperunt Rom. 8, v. 23. tum quia omnia faciendo sunt servi inutiles Luc. 17, 10. (exceptionum Costerianarum & Bellarminianarum refutationem, vide apud D. D. Præsid. Tom. 3. de Evang. §. 87. Heilbrun. in Encathol. schem Bapsthumb Art. 3. p. 70. ) 2. oper. bonorum quæ imperfecta, ob admixta peccata & imperfectam renovationem 2. Cor. 4, 16. impura, Esa. 64, v. 6. Debita: omnia enim à Deo accepimus 1. Corinth. 4,*

¶ 4. Ergo & eidem omnia debemus. 3. supererogationis, quæ requirit & præcedentium solutionem, at nulla bona opera prægressam offendit tollere possunt: & plenariam legi satisfactio- nem, hæc soli Christo competit, & omnium reliquarum peccati ex- clusionem & meritoriam operum justificationem, quæ expressè reji- citur Ps. 143, 2. 4. legis, quæ tum ipsa perfecta, cui nihil addendum Deut. 4, 2. 12, 32. tum perfectam requirit obedientiam ex toto corde & totâ animâ. Ergò nihil superest, non debitum, quod erogemus: hinc jugum intolerabile Act. 15, 10. tum nos de imperfectione ad- monet, pii enim adhuc carnem habent, per quam lex infirmatur, ut sit impossibilis Rom. 8, 3. at si quod debemus præstare non pos- sumus, quid supererogabimus?

Ad exemplum Mariæ quod attinet, 1. ex hac tenus dictis ge- neralibus Mariæ applicatis facilis est responsio. 2. hic status con- troversiæ: an Maria ideò ascenderit, ut præstantiora opera, quæ in lege mandata, præstaret, sicq; aliquid apud Deum promerere- tur, quod ex textu nunquam probabitur, cùm alię causę præcedente quæstione allatæ fuerint, & Scriptura testetur, Mariam persevera- se cum Apostolis in oratione Act. 1, 14. utiq; à Christo præscripta Luc. 11. sicq; dimissionem debitorum orasse. At si debitum manda- torum Dei non potuit perfecta obedientia exolvere, quid indebi- tum potuit supererogare? 3. Tenetur quis servire Deo juxta omnes vires quas à Deo accepit Matth. 25, 14. Luc. 12, 48. Si ergò pecu- liarem zelum & amorem erga res sacras Maria accepit, eundem impendere debuit, supererogare non potuit 4. ad singula præcepta pertinent quæcumque subordinantur ad promovendam obedien- tiam illo præcepto mandatam, sicq; ad mandatum de Deo colen- do Mariæ peregrinatio pertinet. 5. Pontificii opera supereroga- tionis ex consiliis Evangelicis N. T. derivant: heterogena ergò est visitatio Festi V. T. à Maria instituta. Plura hac de quæstione vi- de apud supradictos, in primis adde Chemnit. p. 2. loc. de discrim. præceptorum & consiliorum.

VIII. An ministerio non legitimè constituto utiliceat? In voca- tione summorum Sacerdotum multa inerant anno Christi 12. vi- tia. Non à populo Judaico aut consulto Deo eligebantur; sed ab Ethnicis & idololatricis dominis, ut ex Josepho (qui tamen alias lib. 17. antiquit. cap. ult. alias lib. 18. c. 3. hujus temporis recenset

Pontifices) patet: quin temporibus Herodis venale fuisse Sacerdotium asserit Baron. Appar. ad annal. Nō. 71. & tamen parentes Jesu cum Filio in sacrificiis Paschalibus & aliis eo fuerunt usi: Distinctè igitur ad quæstionem censemus respondendum, *vel* enim Ecclesiæ status est liber, & tunc *vel* legitimè vocati substituendi, *vel* quod in vocatione defuit, ut primum innotescit, suppleendum: *vel* pressus. Si hoc aut præter vitium in vocatione accedunt corruptelæ in doctrina, aut non. Si prius duo consideranda, 1. an tota ferè universalis Ecclesia sit sub statu presso? tunc quamdiu Sacramentum initiationis retinetur, & libri Scripturæ vel ex iis principalia capita leguntur, pii illis exercitiis fidem suam testari possunt & debent. Sic hoc tempore Christi præter illegitimam vocationem variæ corruptelæ doctrinæ (quas vide Cent. Magd. 1. l. 1. c. 7. f. 257. & seqq.) in ministerium irrepserant, sed quia circumcisio & externus ceremoniarum usus manebat, & Scripta Mosis legabantur, Christus suâ præsentia testari voluit, religionem veterem, quatenus ex præscripto Dei retineretur, non esse reprobam, donec ipse immolaretur: Sic pii sub Papatu ministris à solo statu Ecclesiastico vocatis, & in doctrina errantibus, administrantibus tamen Baptismum, & Evangelia & Epistolas Dominic. cum capp. Catecheticis legentibus, fuerunt usi. 2. an v. particularis tantum Ecclesia sit pressa? & tunc firmi in fide sequantur regulam Christi, fugite alio idque Israëlitæ tempore Jeroboami facere debuissent: infirmos in fide remanentes, absit ob hanc infirmitatem ut condemnemus, quin, nisi alia accedant vitia, in quinta petitione quotidie illis eam remitti censemus.

*Si posterius contingat* (hoc est, aliquis defectus vocationi orthodoxi ministri insit, ut quando Pontificii, Evangelicos Ministros jure patronatus præbent, cum hostibus & persecutoribus nostræ religionis nullum jus vocandi Ministros Evangelicos competere videatur) eorum ministerium non est negligendum vel inefficax. Sicut enim Ecclesia pressa, licet ei definitio & notæ veræ Ecclesiæ in summo gradu non competant, non desinit esse vera Ecclesia: sic in eâdem graduum inæqualitas in vocatione, ut non omnia requisita ceu in libera ægækæ inveniantur, ipsam vocationem non planè tollit. *Argumenta sunt hæc:* 1. Si in casu necessitatis Christus ministerio nec in vocatione nec in doctrina legitimo utili docuit,

docuit, multò magis eo uti licet, si prius tantùm adsit vitium. 2. Ministerii virtus non ex qualitate vocationis, sed tum divinâ institutione & promissione, tum legitimâ verbi prædicatione & Sacramentorum administratione pendet. 3. Christus (inchoato etiam alio à se ministerio) in doctrina legis audiendos esse docet illegitimè, ut ex *Josepho* probatum, vocatos *Matth. 23, 2.* 4. Per invidiam & contentionem Christum prædicari (ergo & audiiri) gaudet Paulus *Phil. 1, 15.* 5. Exempla non desunt: ante Christum natum Reges Syriæ & Romani constituebant Pontifices: Pharisæi & Scribæ pleriq; non ex tribu Levi, sed Simeonis erant: Patriarcha Constantinopolitanus confirmatur à Turca. Tempore Lutheri Pastores (à solis Episcopis vocati more Pontificio) cum totis Ecclesiis conversi non opus habuerunt novâ vocatione vel ordinatione: in Franconia, Silesia, Lusatia, Episcopi & nobiles Pontifici ex jure Patronatus præbent Ministros Lutheranos. 6. Sequentur multa absurdæ, semper dubitandum esset de alicujus ministerio, cùm nescias, an ex favore, largitione vocatus sit, efficacia ministerii ex Ministri persona penderet: peregrinus nullam concessionem deberet audire, nisi certus esset de legitima Ministri vocatione &c. 7. Oriuntur varia pericula: ne Ecclesia hos rejiciens Ministros, aliis planè privaretur, quin rejicientes, ut boni ordinis contemtores ab hostibus penitus rejicerentur &c. 8. Accedit autoritas *Lutheri in l. contra Missam privatam & sacrificiorum ordinationem.* Minùs rectè ergò cives Augustani, à communione suorum ministrorum si vel maximè vitii aliquid in vocatione fuisset (quamvis in posteriorum vocatione à Magistratu Politico, & deputatis adjunctis, consentiente Ecclesia facta ferè nihil desiderari queat) olim abstinuerunt.

## II. P A R S.

### *Christus in Schola.*

V. Dispescimus hanc historiam in προγένευσι, πραχθὲν & ἐπιβέρει. in Pueri amissiōnē & inventionē. In illa occurrit i. Christi remansio, cuius Christi remansio. modū miraculosum faciunt nonnulli, ut *Origenes* quod invisibilē reddiderit, sicut *L. 4, 30.* vel quod ad tempus Parentum oculis praesens esse visus fuerit, vel quod Angelus in ejus persona apparuerit. Atque his divinis mediis fortè Christum usum fuisse, asserit

II. Parentū  
I. Negligens  
incuria.

Mariam Pō-  
tificii tripli-  
citer excu-  
sant.

I.

II.

III.

Coster. p. 140. Sed fortè per non fortè refutatur: Nec pro lubitu mi-  
racula extra Scripturam configenda, & modus ejusmodi cum ig-  
norantiæ duratione & falsâ opinione Parentum pugnat. II. Paren-  
tum Christi I. Negligens incuria. Non enim cognoverunt id Parentes  
ejus (ita in octavo codice reperit Brugens. & in Regio ita legitur,  
quod & ex eodem Wecheliani hæredes observarunt, itaq; reddide-  
runt Lutherus, Vulgata, Vatablus, Flacius, Erasmus: distinctam ve-  
rò Josephi & matris faciunt mentionem, reliqui Græci Codd. Sy-  
riaca & Arabica versio, quos sequuntur Beza, Arias Mont. Piscator)  
neque ante vesperam animadvertunt. Opponasi jam amissibili-  
ni commendationem, Messias erat, præconio Angelorum, Pastorum  
& Magorum &c. celebratus: custodiæ singularem demandationem  
in fuga & reditu, & gravitas delicti apparebit. Hinc Salmer. p. 433.  
cogitur fateri dolorem Mariæ ex timore propriæ negligentiae in cu-  
diendo tali deposito ortum. Ad excusandam Mariam quidam afferunt  
divinam providentiam, voluntatem & potentiam, ut Mangot. Mon.  
Sacr. p. 2. Mon. 107. Salmer. T. 3. tract. 47. f. 428. Staplet. Promp. Ca-  
thol. t. 2. autoritatesq; adducunt Zwingl. & Bulling. in c. 2. Luc. Ve-  
rùm Calvinianum dogma, divinæ providentiæ, malum ad bonum  
finem dirigenti, mali ipsius causam ascribens, plurimis argumen-  
tis à nostris est refutatum. Alii ipsi consuetudini adscribunt,  
juxta quam viri separati à mulieribus, pueri cum alterutro paren-  
tum proficiserentur. Sal. l. d. p. 429. autorem hujus sententiae Be-  
dam facit, cuius verba citat Thom. in caten. aurea: Jansen. Comm.  
in concord. Evangel. c. 112. f. 91. sed Jansenius ipse fatetur, de eo non  
constare: quin Parentes quoque hoc refutant, non n. apud se invi-  
cem sed apud cognatos Filium & esse opinantur & quarunt: licet  
verò turmatim discedere à Festo sint soliti, Parentes tamen non  
excusantur, discedentes ignari an abierit vel non Filius. Alii de-  
nique infirmitatem in Maria fuisse dicunt, sed sine peccato, sicut  
in Christo, adeoq; ex necessitate quadā naturæ ignorantiam, timorem  
& affectum contraxisse, ut loquitur Claudius Seiffelius. Taurin. Tra. de  
triplici statu viatoris, in c. 2. Luc. tract. 5. f. 125. vel ut Salmer. p. d.  
loquitur, fuisse incogitantiam vel puram nescientiam, quam & in An-  
gelis ponit Dionysius: sed incogitantiam cum neglectu officii con-  
junctam (qualis in Maria hoc loco fuit) vel peccatum esse negare,  
vel

vel Christo & Angelis tribuere impium. 2. *Falsa opinio* putant eum esse & auro solida, quæ vox propriè notat socios & comites ejusdem itineris *Act. 9. v. 7.* ubi alii possunt præcedere alii aliquanto sequi *Nem. 3, 5.* inventuri saltem omnes se mutuò in communi hospitio. Græci usurparunt de illis qui ejusdem Genealogiæ simul proficiscuntur, notante *Chemnitio l. 5. Harm. Evangel. c. 15.* Communiter Pontificii excusationem Maria hinc petunt, sed an falsa persuasio eum in tuto esse, qui, quantum ad ipsorum curam attinet, potuisset in maximo esse periculo, demandatae diligentè custodiæ satisfaciat, an *3. Inquisitio* potius delictum aggravet, cuivis judicandum relinquimus. *3. Inquisitio cum immoderato dolore.* Qui apparet tum ex stupore inventum, tum ex ore infra consitentium. Originem sumvit à periculi magnitudine ob insidias hostium vel Plagiariorum, qui in tantâ turba ad diversissimas tendente regiones esse poterant. Augebatur temporis diuturnitate, viæ longitudine, amissi pignoris suavitate. Hunc metum *Theophylactus & Titus Origenem* imitati admittere in Maria ob notitiam divinitatis Filii nolunt. *Brugensis* verò iis respondet: Scivisse parentes, quod in iis, quæ ad corpus spectant, non virtute divina, sed parentum auxilio, non ex necessitate sed voluntate uti voluerit. Verùm neutram explicationem ignorantia Parentum admittit, de qua *th. 8.* Excusari ergo non omnino potest immoderatus hic dolor ex ignorantia & negligentia ortus, cum de ipso ut vero Deo tantopere metuere non debuissent, & licet major dolor sub cruce stantis fuisset, quod *Claudius Seiffelius l. d. objicit impletâ Simeonis Prophetiâ Luc. 2, 35.* alia tamen & major doloris causa diversitatem facile monstrat: vide hic *Cornel. Mussum Pontificium Scriptorem Conc. T. 1. p. 156.* qui Mariam introducir, seipsam ob inconsideratam negligentiam, socordiam, grave delictum, peccatum in Deum &c. accusantem. Inquisitionem ipsam quod concernit. Primâ die vesperi in diversorio quærunt inter cognatos, & quia tanta Pueri dexteritas, ut etiam alii ejus optarent conversationem, inter notos: sed quia non inveniunt, alterâ die redeunt Hierosolymam (nam per noctis tenebras, ut *Chemnitius* censet, Luna non lucente nisi sub auroram, erat enim Luna circiter vicesima secunda, nec iter facere, nec Jesum in via invenire potuissent) quærunt in via & urbe. Tertiâ die quærunt in templo & inveniunt. *Quidam* hoc triduo Christum cibum ostiatim mendicasse

*Ipsa inquisitio.*

casse putant: alii putant, quod verisimilius eum gratiam alicuius sibi occultâ virtute comparasse, qui ipsi hospitium præbuerit, sicut *Luc. 22, 10.*

2. Pueri in-  
ventione.

VI. In inventione considera *Tempus uero in epoche regis*, quæ Phrasis juxta Scripturam diem tertium notat, confer *Mattb. 27, 63.* cum v. 64. 26, 61. *Marc. 14, 58. 15, 29. Job. 2, 19.* Item *Marc. 8, 31.* cum *Mattb. 16, 21.* sic *Luc. 2, 21.* octo dies consummati sunt octauis dies *Levit. 12, 3.* Locum templum, quia videlicet alia etiam ædificia omnia templo conjuncta vocantur templum, ut *Chemnit.* observavit: apud templum enim fuisse scholas five conclavia inter alios usus ad docendum accommodata, *Idem* latè ex Scripturis super hunc locum demonstrat. Quales scholæ multæ Hierosolymis fuerunt *Aet. 2, 9, 10. 6, 9.* Rabini dicunt fuisse ultra 400. *R. Juda in libro Musar. c. 5.* citante *Druso in preteritis in N. T. b. l.* eas domos Synagogæ & domos medrasoth appellat.

VII. *Tò ὥραχθεν divinæ sapientiæ demonstratio*, sedet enim in medio Doctorum, quod pleriq; nostri Doctores ob animadversam sapientiam factum putant, cum reliqui discipuli ad pedes federent, *Aetor. 22, 3.* in pavimento matta strato, ut refert traditionem hanc Synagogæ *Ambros. Comm. in 1. Cor. 14, 31. Brugensis Hebraicorum esse* putat, ut in medio sit inter seu apud Doctores sedere (cum se ut discipulum gesserit) sicut *Luc. 22, 27.* quod ut libenter *Luc. 22.* admittimus, ita causam non videmus urgentem, ob quam & hinc à litera discedamus & singularem emphasin enervemus. Demonstrat v. suam sapientiam in colloquio seu *disputatione Theologica*, 1. audit modestè, 2. interrogat doctè. Atque hic quidam subsistunt cum *Origene*, putantes & modestiæ & sapientiæ demonstrandæ interrogationem convenire, cùm ejusdem sapientiæ sit scire, quid interroges, quidvè respondeas, cumq; sapiens interrogatio instructio sit, verùm quia expressè v. seq. etiam responsorum fit mentio, asserimus, eum 3. respondisse nervosè *Materiam colloquii Lucas* non explicat nisi quis huc referre velit illud: *In his que patris mei sunt oportet me esse*: utrum ergo de ritibus legis, quod *Tito & Euthymio*, utrum de Messiae officio & adventu, quod aliis placet, sermo fuerit incertum: nobis piæ conjecturæ *Chemnitii* placent, quas vid. *super b. l. Augebat* miraculosam sapientiam carentia institutionis scholasticæ: fuit enim duplex institutio puerorum in populo

populo Israel: una generalis, qua domi à Parentibus mandato Domini Ex. 12, 26. Deut. 4, 10. 6, 7. in doctrinæ cœlestis capp. instituebantur: Altera *specialis* & scholastica præceptorum; quorum discipuli Prophetarum filii dicebantur i. Sam. 10. 2. Reg. 2. 4. Posteriore hac non usus fuit Christus (contrarium Abrahamus Bzovius T. 1. Conc. Dom. 1. post Ep. con. 2. audet affirmare, sed absq; imò contra omnem Scripturam) Marc. 6, 2. Job. 7. v. 15. tum ut majore miraculo postea doceret, tum ne ab hominibus doctrinam suam accipisse videretur Job. 7, 16.

ἐπίπερα.

VIII. Τὰ ἐπόπερα quinque i. auditorum admiratio. Hujus magnitudo: *i.* Auditorū significat Erasmo & Chemnitio annotantibus vēhementem admirationem aut metum & q. stuporem, ut quis non sit apud se. Hinc LXX eo verbo reddiderunt Gen. 42, 18. Hebraicū illum: *egressum est cor eorum.* Materia stuporis intelligentia & responsa: Piscator dicit esse ἐνδιάδο super sapientia & responsis id est, super sapientibus responsis, sive super intelligentia, quæ elucubravat ex responsis. Orig. hom. 10. in Lucam pro responsis intelligit sermonibus (ut respondere frequenter proloqui sumitur in sacris litteris, et si nulla interrogatio præcesserit Matth. 11, 28. ex Hebræo & Syriaco verbo στύψις quod sèpè non tam respondere quam sermonem instituere significat in Job & Evangelii) sed τὸ ἐγένετο retinemus, cum incredibile non sit, Doctores audientes sapientissimas interrogationes, vicissim de majoribus mysteriis eum interrogasse. Causæ stuporis, i. sapientia, 2. defectus institutionis. 3. defectus vultus, gestus linguæq; modestia. 2. Parentum percussio εξετάση, q.d. attoniti facti fuerunt, ratio stuporis erat, tum quod videbant & invenirent, tum quod ita in solito more invenirent inter Doctores docentem, respondentem eruditè, negantem ingeniosè. 3. Matris expostulatio, tacet enim Joseph conscius sibi nihil juris in eum competere. Brugensis, Salmeron, Jansenius & reliqui Pontificii omnia extenuant, asserunt hæc soluto demum conventu seorsum à Parentibus dicta esse: at Scriptura conjungens, affectus matris ardens, dolor ingens hæc tanto intervallo ab inventione separare non patiuntur. Constat matris oratio tum causæ reddendæ postulatione, quam nullam reprehensionem secum inferre; sed ex admiratione ortam tantum causam facti, parentum ipsorum

*II. Parentis percussio.*

*III. Matris expostulatio.*

*Orationis materna partes.*

*1.*

C

*IV. Christi  
apologetica  
responso.*

judicio (quippe qui noſſent ipsum Filium Dei & abſque errore ac peccato eſſe) irreprehensibilis, ignotam humiliter inquirere aſſunt Pontificii. Sed i. oritur tota hæc ſtructura ex falſa hypothefi q. Maria omnia, quæ ſcire debuiffet, ſciverit, quam ignorantia ejus mox deſtruēt. II. Si tam humiliſ & modeſta oratio Mariæ fuīt, cur verentur eam in publicum producere & privatim Filio hæc di- cta eſſe antea aſſeruerint? III. Quin eo ipſo, quod à Filio Dei fa- eti cauſas tam fidenter poſcere audet, accuſationem merito incu- rit: *tum doloris indicatione*, ubi duo emphatica occurruunt verba & dolorem & expoſtulationem exaggerantia, incipit enim particula id, ecce, NB: addit, quod quæſierint δούλωποι: τὸ δύναδες enim ve- hementem ſignificat dolorem, quem Latini cruciatum dicunt, quales dolores parturientis eſſe ſolent, *Syrus* habet בְּתִירָבָא à quando quis pectus tundit & plangit ſuper cor. *Stapleton.* t. 3. hinc probare conatur non expoſtulaffe Mariam. Cum nō dicat offenſi- ſed dolentes quærebamus te: Sanè acerbior hoc modo foret expo- ſtulatio, ad ipsam tamen ſufficit, quod cauſam ſui doloris Filii facto aſcribit. 4. Filii apologetica reſponſio duo in Parentibus requi- renſ i. magis ordinatam dilectionem, quid eſt, quod me quærebatis? δούλωποι ſcil. 2. ampliorem notitiam Pàtris cœleſtis & officii Meſſie: ait enim, an non ſciebatis, quæ phraſis uſurpatur in Scriptura de re- bus, dè quibus antea inter aliquos fuit actum, ut inde eas ſcire & poſſent (quod Brugensis concedit) & deberent *Rom. 6; 13. 1. Cor. 3; 16. 6, 19.* deinde corrigit dictum matris, quod Josephum patrem no- minaverat, Deum videlicet ſe agnoscere patrem: introducit ergò patrem pro patre, pro nutriſio verum, pro alieno proprium. Deni- que officii ſui rationem exponit. Particula δὲ oportet ex *Job. 9, 4;* 14, 30. 4, 34: explicari potheſt. Phraſis ἐν τοῖς εἴρου congruit cum Paulina i. *Tim. 4, 15.* quæ verò illa ſint, quæ Patris cœleſtis hīc dicun- tur, ex hoſtyrociniō patent, videlicet quæ in templo agebantur & ſignificabantur, ut i. docere. 2. Pro populo intercedere. 3. Sacri- ficare. 4. Populo benedicere, adeoq; ea omnia quæ ad officium Mediatoris pertinent, ſeu quæ Deus ſpirituali actione in Ecclesia operatur. Etiſ verò impiam Piftatoris vocem in ſchol. ad hunc ver- ſum deteſtemur, quâ hæc verba contemnitis objurgationem & re- criminantis eſſe afferit, quippe directe Scripturis contrariam i. *Pet. 2, 23.* attamen ſtatuumus cum Ambroſio ſuper b. l. Christum ar- guiſſe.

guisse matrem, & ut *Græcius Anonymus* quidam in *Catena citatis*  
ait, *incredasse*, sine reprehensione matri enim hæc verba Christi  
dextrè explicari nunquam poterunt; causam eadē vitiorū à matre  
in amissione, inquisitione, expostulatione commissorum indicant:  
imperfectam videlicet cognitionem personæ & officii filii. Pontifi-  
cii Christum matrē objurgasse, ut maximè concedere nolint, planè  
tamen negare non possunt. Staplet. Tex. 4. appellat *insolitam dicendi*  
*libertatem*. Salmer. Tr. 47. f. 435. dicit *non omnino blanda, verū*  
*aliquantisper aspera & subacerba esse verba*, f. 430. *esse familiarem &*  
*doctrinæ plenam objurgatiunculam*. Barrad. Tom. 1. Conc. Evang. l. 10.  
c. 14. f. 502. *Christum nequaquam matri blandiri, sed cum autoritate*  
*divinaloqui*, ait. Jans. Conc. c. 12. f. 93. *duriusculum quid verba Chri-*  
*stisonare concedit*. Econtrariò Costerus p. 152. *austa hæc Christi*  
*verba esse planè negat: tantum declaratoria esse asserit* Mangot p. 2.  
Mon. 107. quin Costerus idem p. 139. scribit, *Christum Mariam his*  
*verbis à negligentia excusare cùm alias dicturus fuisset, quare me*  
*non melius custodivisti*, sed ex data verborum Christi explicatione  
*verba non intelligere, cùm nec parentes ejus ea intellexerint*, ideoque  
*ambigua verba vocat* Salmer. p. 438. sed utrumq; refutat explicatio  
ex Scriptura superiùs tradita, & verba per se satis sunt clara. 5. Pa-  
rentum ignoratio. *hedit, nempe quod verâ ejus officij notitiâ careant*. Pontificii ad ex-  
cusandam Mariam tres potissimum afferunt explications se invi-  
centes, quas tamen omnes Salmer. approbat p. 435. I. ad  
circumstantes non ad parentes hæc referenda. Si dicas Pronomen  
à uero eos respicere quos Christus alloquebatur. Resp. Idem in pa-  
rentibus sermonem à Christo ad alios dirigi: at num alii à Christo  
facti rationem poposcerant, ut iis responderet? num alii eum que-  
sierant? Rectius Barradius facit, qui d. l. hanc expositionem ut ante-  
cedentibus non congruentem rejicit. II. Alii, inter quos Cajeta-  
nus, synecdochice de solo Josepho explicant: sed à literali sensu, qui  
utrumq; complectitur parentem, sine causa non est discedendum,  
quæ vero illi de scientia Mariæ afferunt, falsa sunt & principium  
petunt. III. Quidam ergo & quidem plerique concedunt Ma-  
riam quadam ignorasse, sed quæ nondum illi revelata erant, vel quæ  
scire non intererat: eamq; ignorantiam Barrad. non decipientem,

*Sed puræ negationis fuisse afferit, hucq; afferunt alii, ignorantiam  
diei ultimi ipsis Angelis & Filio attributam. Verum apologetica  
Christi responsio monstravit, parentes hæc scire & potuisse, ut po-  
te de quibus anteà inter eos actum, & exinde debuisse: Frivola er-  
gò excusatio æquè ac illæ, quæ à Staplet. t. 5. afferuntur, quod pra-  
gaudio, quod non permanenter hæc ignorarit? manet enim ig-  
norantia rei scitu necessariæ, et si causa vel perseverantia varietur.*

*Curatur  
de Maria  
peccatis.*

*Laus Mariae  
in hoc Evan-  
gelio,*

IX. Quæ verò hactenus de infirmitatibus Mariæ dicta, non eò  
rapienda, quod vel B. virginis virtutes laude dignas non esse; vel  
eam malitiosis peccatoribus accensendam censemus: sed ut o-  
stendamus 1. peccati gnvitatem, etiamsi in oculis nostris leve vi-  
deatur. 2. Peccandi proclivitatem, etiamsi pro virili quis restiterit.  
3. Sanctorum infirmitatem, qui non ad justitiam provocare, sed ad  
misericordiā cōfugere opus habent. 4. Pontificiorum falsitatem, qui  
Mariam etiam peccato originis caruisse afferunt, cuius falsi dog-  
matiſ refutationem solidam vide T. 2. locor. Domini Præsidis de-  
Peccato Originis §. 110. Alias etiam in hac ipsa historia laude di-  
gnum in Maria, quod conservat omnia verba hæc in corde suo. Va-  
tablus & Aretius h. l. per rā ēquata res gestas Hebræo more intelli-  
gunt, causam addit Aretius, cum verba non intellexerit, res gestas in-  
eo Feste Mariam observasse: econtrariò Salmer. fol. 438. hinc cau-  
sam petit, cur Maria excipienda sit ab eorum numero, qui non in-  
tellexerunt verba Christi, cum quod non apprehendit intellectus,  
nec memoria facile conservare queat. Sed utrique falso nituntur  
principio, cum etiam non intellecta memoria retineat, præsertim  
si admiratio accedens imagines fortius impresserit. Placet ergò  
nobis sententia Bedæ dicentis: Virgo sive qua intellexit sive qua in-  
telligere nondum potuit, omnia suo pariter in corde q. ruminanda &  
diligentius scrutanda recondebat. Causam addit Græcus in Catena à  
Thoma citatus: illa quidem jam secum in presentia contemplabat-  
tur: hæc autem expectabat in futurum clarius revelanda.

#### QVÆSTIONES EX HAC SECUN- DA PARTE.

I. An Monachatus exemplo Christi stabiliatur? Tria pro Mona-  
chatu stabiliendo ex hoc Evangelio afferuntur. 1. à Matre secessio-  
ne Anachoretam Christum factum. Grodic. conc. 3. Dominic. II. post  
Epiphani

*Epiph.* 2. triduo corpus jejuniis & vigiliis afflixisse. *Id. conc.* 2.  
*Dominic.* 1. post *Epiph.* adeoq; mendicasse *Costerus* p. 143. & mendi-  
citati monasticæ exemplum præbuisse p. 144. p. 145. 3. idq; fecisse  
inconsultis parentibus exemplo relicto, ut & alii id facerent in-  
sciis, incosultis, invitatis parentibus, *Brug. Comm. Tom. III. p. 78.*

*Mangor.* p. 11. *Mon. 58.* *Ofor. conc. T. I. p. 249.* *Staplet. Promp. Cathol.*  
tex. 4. *Grodic. con. 2.* & 4. *Coster. p. 137.* *Salmer. tract. 46. p. 430.*

*Pelbart. de Themswar.* in Pomerio Dominical. post *Epiphan. conc. I.*

Monachatum ipsum hodiernum quod attinet, is *pessimus status*  
est. I. *Ob causam efficientē, non est institutus in Scriptura.* E. ut aliis  
cultus electitius rejectus, imò est expressè prohibitus & vivis colo-  
ribus depictus, *Col. 2, 20.* nec in primitiva Ecclesia usurpatus: illa n.  
monasteria, quorum in antiquioribus mentio fit, nil aliud quām  
scholæ fuerunt, totoq; genere ab hodiernis differunt, sed ex genti-  
lisino ortus, confer *Polydor. Virgil. de invent. rer. l. 7. c. 7.* II. *Ob*  
*materiam, quæ sunt Monachi & ex illis multi in monasteria vel in-*  
*viti detrusi, vel invitatis parentibus illecti, vel ex errore & defectu ob-*  
*ætatem rationis semel ingressi inviti detenti.* III. *Ob formam,*  
*quæ consistit tum in votis illicitis quandoq; impossibilibus, vi dolo-*  
*ve extortis, aut imprudenter stolidevè factis: tum in cultu illegiti-*  
*mo cum singulis præceptis, ut *Lutherus* demonstrat, pugnante. Mo-*  
*nachi enim 1. colunt Ordinis autores. 2. blasphemi in solitarium*  
*Christi meritum sunt. 3. instituunt ipsi cultum divinum. 4. Pa-*  
*rentes abnegant. 5. in communi vita exercitia charitatis non exer-*  
*cent. 6. scortationem præferunt conjugio. 7. in otio viventes in*  
*aliorum eleemosynis luxuriantur. 8. falso ignominiâ afficiunt*  
*conjugium, ut laudent coelibatum. 9. & 10. unctionem peccatum*  
*esse negant, tum in sanctitate hypocrita, ut ab hominibus videatur*  
*institutâ, contra Matth. 23, 27. tum in mero opere operato corde pro-*  
*cùl à precibus & operibus remoto.* IV. *Ob finem,* faciunt n. eum  
meritorium, satisfactorium, supererogatorium & communicati-  
vum. V. *Ob effecta extra Monasterium ordinem turbat Politicum,*  
à quo exemptus esse cupit: *intra Monasterium omnia plena omnis*  
generis peccatis reddit, vide *Acathol. Papat. Heilbr. Art. 4. c. 2.*

Ad exemplum Christi allatum: *Respondemus in genere, 1. omnis*  
*Christi actio nostra est informatio, sed non semper imitatio, at to-*  
*tum hoc Christi specimen singulare & planè extraordinarium.*

fuisse constat. 2. Quid Christi officium, ejusq; exercendi modus di-  
vinitus à Patre mandatus commune habet cum Monachatu sacris  
literis ignoto? 3. Monachatus perpetuò durat, at hoc Christi factum  
triduo finitum est. 4. Monachatus conversatione cum propinquis  
tollit, at Christus ita in vita se gessit, ut si nō apud parentes esset, illi  
apud notos eum quererent. 5. Accedunt omnia vitia in Monachatu  
demonstrata, quē nulla ratione exēplo Christi modo vel palliari  
possunt. Ut rectè Claud. Seiss. Pontifici<sup>9</sup> autor tractat de triplici statu  
vigatoris in c. 2. Luc. tr. 5. scripsiterit, Salvatoris exemplū evanuari facile  
pessē cum revocantib. parentib. Jesum à templo discessisse, & cū illis da-  
mū rediisse appareat. In specie respondemus ad I, num vitam anacho-  
reticā exercet, qui in templo in confessu Doctorum disputat, ad II.  
quia planè incerta cōjectura est certi & firmi nihil inde deduci po-  
test, ad III. Christus divinā habebat vocationē, ideoq; parentes ex  
negligentia eum relinquentes consulere nec opus habebat nec etiā  
poterat, eandem de Monachatu demonstrare poterunt nunquam.

II. An Maria dolore suo aliquid promerita sit? Affirmat Salmer. T.  
3. tr. 46. p. 430. inquiens, Christum remansisse, ut parentes cum dolore  
querendo mererentur. Idem asserit Grodic. super Dom. II. Epiph. Ofor.  
Con. T. I. p. 251. ita ait: Voluit Deus donare nobis matrem misericordie.  
& eam talē effecit, quali nos indigemus &c. sicut Heb. 4. Christus &c.  
sic volens piissimam nobis cōcedere matrem eam probat omni dolore, ut  
noverit compati dolentib. eisq; astare afflictis. Hinc Salmer. p. 434. ita  
orat: ô Virgo sanctissima, per eum dolorem, quē id temporis sustinuisti,  
obsecro te, ut ego inveniam Filium tuum. Falsissima & impia hæc o-  
mnia esse quivis videt, nos ergo gravissimos errores tantū anno-  
tabimus. 1. Bona opera esse meritoria vitæ æternæ, quem errorem  
refutatum latè vid. apud D. D. Präsid. Tom. 4. Loc. l. 20. de operib. §.  
88. & seqq. 2. Passiones esse dignas vita æterna contra expressum ef-  
fatū Pauli Rom. 8, 18. 3. Meritum Christi esse imperfectum. Si n. id  
perfectum (ut certè ab infinita persona infinitum & perfectissimum  
solutum fuit λύτρον) aliis meritis non erit locus. 4. Fiduciam cordis  
in Mariam esse collocandam (quippe quæ ut mater misericordiaz  
afflictis adstet) quam in solū Deum S. Scriptura collocare jubet. 5.  
Mariam esse invocandam, idq; per dolorem in triduo hoc paßum.  
6. Hinc sequitur, Mariam esse Mediatrixem, quod directè contra  
Paulum 1. Tim. 2, 5. 7. Quinimò à Mariæ dolore salutem esse expe-  
ctandam.

Etandam contra Ef. 6,3,3. Act. 4,12. Ex ipso Evangelio duo contra illā  
fententiam proferimus argumenta: 1. Quicquid ex negligentia or-  
tum & infirmitate contaminatum est, id nequit esse méritorium,  
Mariæ dolor talis fuit. E. II. Pontificiū ipsi asserunt ad vers. 49. Chri-  
stum parentib. duriusculè respondisse, ut ostenderet in cœlestis Patris  
negotiis non pendere se de ipsis, nec ea sibi gerenda esse ex ipso rūm consi-  
lio & ipsis consultis ac monitis Brug. Comm. T.3. in Evangelico negotio  
non esse locum autoritati (maternæ &) humanae. Jans. Comm. in conc.  
Evang. c. 12. f. 93. Si ergo à negotiis cœlestis Patris & Evāgelicis Ma-  
ria excluditur, evertuntur superiūs allata, nec locum habent illa ad  
Mariam verba. Roga Patrem, jube natum jure matris impera.

III. An disputationes Theologicae concedenda & quomodo eadem in-  
stituenda? Deliberationes Episcopor. de reb. controversis prohi-  
buit Licinius Tyrannus, teste Euseb. l.1. devita Const. c. 44. ita & dis-  
putationes inhibēdas censem. Bodin. l.4. de Repub. c. 7. Durus de Pa-  
scolo in Aulico-Politico aph. 289.. Nos contrarium statuimus & cū  
duplex disputationum genus, unum scholasticar. quæ veluti præludia  
& tyrocinia sunt, alterum Ecclesiasticarum, in quibus partes reve-  
rà dissident, utrumq; approbamus. Præsens specimen Christi sive  
ad prius, sive ad posterius, sive certo respectu ad utrumq; referas,  
invenies Christi tum exemplum & auditorem, & interrogatē sive  
opponentem & respondentem agentis: tum commendationem id  
videlicet agendo se in iis quæ Patris cœlestis (peculiariter scilicet)  
sunt afferentis. Accedit ad prius genus probandum. 1. necessitas,  
quæ consistit in præparatione, tum ad pugnam cum hæreticis insti-  
tuendam, tum ad ἀπολογίαν de nostra fide reddendā 1. Pet. 3, 15. 2. uti-  
litas ejusmodi exercitiorū tum generalis omnium, ingenii expoli-  
tio, judicii formatio, morum assuefactio: tum specialis Theologi-  
cor. hæreticorum facilior refutatio & evitatio. 3. Ecclesiæ praxis, ex-  
emplum Christi habemus hīc, ut & Job. 9, 2. Apostolicæ Ecclesiæ  
Act. 15, 7. August. epistola 119. ad Januar. in veteri Ecclesia ut præ-  
lectiones, ita disputationes quoq; de rebus sacris haberis solitas te-  
statur. Et Basilius Juvenis differendi scientia præter reliquos excel-  
luit teste Nazianzen. in laudibus Basili. 4. Contrarii incommoditas  
his enim exercitiis destituti plerumque redduntur autodidactor.  
Nec posterius genus expellendum esse demonstrat 1. necessitas:  
ob mandatum de Scripturis scrutandis Joban. 5. v. 39. de Dacto-  
ribus probandis Matth. 7, 15. Phil. 3, 2. 1. Job. 4, 1. 1. Thess. 5, 20. ob

Pastor



*Pastorum officium*, Tit. 1, 9, 21. 2. Tim. 4, 2. Jer. 1, 10. extuctores  
cœlestis Hierusalem unâ manu ædificant, alterâ gladium stringunt.  
Neh. 4, 17. ob Scripturæ ἐλέγχου usum 2. Tim. 3, 16. Eph. 6, 17. 2. utilitas  
in genere omnium certaminum veritatis plenior cognitio, &  
überior confirmatio, in specie certaminum Theologicorum, tran-  
quillitas conscientiæ in dubitationibus. 3. Ecclesia praxis. Prophè-  
tæ contra Baalitas & idololatras disputatione. Christus cum Dia-  
bolo congressus est Matth. 4. cum Phariseis & Sadducæis Matt. 12,  
15. 19. 22. Mar. 12. Luc. 6. 10. Joh. 6. 8. Apostoli Act. 6, 9. 9, 29. 17, 17,  
18, idem fecerunt. Extant adhuc disputationes Justini Martyris  
cum Tryphone Judeo: Athanasii cum Ario; Basilii cum Photino;  
Augustini cum Fortunato, Manichæo & Donatistis &c. 4. Contrarii  
incommoditas, sublatis enim certaminibus hæreses confirmari, no-  
straq; religio suspecta reddi potest, quippe quæ lucem fugere vi-  
deatur.

Licitas ergo disputationes Theologicas esse jam probatum,  
earum definitionem & modum etiam in præsenti Evangelio reperi-  
mus: illam quidem, quod sint nihil aliud quam in medio Doctorum  
audire, querere & respondere de iis quæ sunt Patris cœlestis. Hunc ita  
secundum omnes causas formamus. I. *Quoad efficientem*, debent  
disputationes institui à Doctoribus, vel ad minimum in præsentia  
& medio Doctorum, etsi enim illiteratis non omne scrutinium de-  
negemus, magis tamen debent audire quam loqui, discere quam  
docere. II. *Quoad materiam*: sint de iis, quæ Patris cœlestis sunt:  
illa verò mysteria nostræ salutis esse thes. 8. vidimus, hinc sequitur  
I. nō esse in disputationib. proponēda apertè blasphema, in Deum  
contumeliosa, & utilitati publicæ & privatæ contraria, sed talia  
ab hæreticis proposita potius silentio esse involvenda. 2. rejicien-  
das itidem frivolas quæstiones, quales apud Scholasticos reperiun-  
tur quamplurimæ, de quibus judicium Pauli vide 1. Tim. 1, 4. 6, 4,  
20. 2. Tim. 2, 16, 23. hæc enim ut & prioris generis omnia augusto  
elogio, quod Dei Patris sint omnino indigna. 3. Principium Theo-  
logicarum disputationum esse debere solam sacram Scripturam,  
quæ sola Patrem cœlestem & quæ ejus sunt, revelat. 4. Ratione no-  
stra non esse supra Scripturæ revelationem evolandum, vel myste-  
ria ad ejus trutinam revocanda. III. *Quoad formam*: etsi modum  
disputandi syllogisticum non rejiciamus, sed laude suâ dignum ju-  
dicemus;

dicemus, caveatur tamen, ne nobis eveniat, quod de *Artemonis hæreses* (quam *Samosatenus* renovavit) sectatoribus *Euseb.* l. 5. hist. *Eccles.* c. 25. p. 74. edit. *Basil.* ex libro *Anonymo* refert: quod non querant quid divinæ Scripturæ dicant, sed in eo studiosè se exerceant, num quæ *Syllogismi* figura ad hoc reperiatur, ut divinitas Christi impugnetur. Et si quis illis divinæ Scripturæ verbum proponat, inquirunt, an conjunctam vel separatam *Syllogismi* figuram constituere possit. Confer quod *Hadrianus Papa ad Carolum M.* scribit dist. 37. c. 6. vide etiam *Socratem* l. 1. hist. *Eccles.* c. 8. *Ruffini* l. 1. c. 3. caveatur etiam, ne claris. Scripturæ testimoniis propositis syllogistica odio-sè urgeatur forma, cum illis per se sit credendum, & blasphema *Pistorii* vox sit, quādo in colloq. *Badensi* negavit, *Spir. S. testimonium* l. *Cor. II, 19.* prius vim probationis habere quam in *Syllogismi* formam fuerit compactum, cum Christus ipse & Apostoli sàpè unico Scripturæ dicto, imò unicâ quæstione totam controversiam finierint. In præsente dissertatione hæc observata forma: Adfuerunt *Audtores* (quo etiam pertinet cognitio & lectio thesium) quærentes (opponētes huc refer) *respondentes* (hoc nomine etiam Præsides intelligentius) *Hinc sequitur* 1. statum controversiæ ante omnia deberre esse notum, Christus enim primò audiit, antequam quæreret, vel responderet. 2. Quemvis debere, antequam respondere præsumat, priùs quærere seu discere, sic responsiones Christi & quæstio & admiratio intelligentiæ præcedit. 3. respondendum esse. Ergo nihil indiscutsum relinquendum est, ne aliquis hinc offendatur, ut de religione sinistrè judicet, & paulatim ad adversariorum partes accedat: nec topicè in utramq; partem disputandum est, alias religio mutaretur in rem leviculam, de qua opinari cuivis quidvis liceat, unde securitas & Epicureismus oriuntur. IV. *Finem* deniq; quod attinet, quia de iis quæ Pater coelestis in Ecclesia agit disputationes habentur, debet esse Dei gloria & ædificatio Ecclesiæ. E. si his finis sit contrarius, v. g. ut religio dubia reddatur vel evellatur, disputationes planè non sunt admittendæ.

4. *An in renatis peccata?* Affirmamus, Exemplo sunt Joseph & Maria. Plura nostrorum argumenta vide apud *D. D. Præsid. in Disputatione prima contra novos Fanaticos.*

5. *An Christus à nativitate Filius Dei?* Ebion & sequaces Christum factum esse Filium Dei, cum Spiritus S. super eum in specie columbae descen-

D



descenderet, statuerunt, teste Epiphan. hæres. 30. pag. 128. edit. Paris. eum refutat prædicto loco Epiph. hac ipsa historia, 1. quia admirationem ob sermonem gratiae, qui ex ore ejus progrediebatur, excitatbat, non post trigesimum annum, ut dicere possis, quod ex quo Spiritus venit, in ipsum Christus factus est, sed statim à duodecimo anno. 2. Si à pueroru novit templum & patrem ( siccq; appellavit ) non profectò natus homo genitus est. Neg, post tricesimum annum postquam venit in ipsum species columbae Filius & Christus vocabatur, sed statim in his quæ Patris ipius sunt, ipsum esse oportere docuit. Hæc Epiphanius. 3. Argumentum Cyrillus ex vocula (mei) deducit l. i. de recta fide ad Reginas : Vide quomodo proprium suum Patrem appellat cum, qui in cœlis est, sed siquidem esset homo seorsim, & talis quispiam intelligetur esse, ut nos sumus, quo modo non oportebat potius dicere : nesciebatis, quod in his, quæ omnium patris, esse me oportebat? sed proprium suum facit. Solus enim ex illo natus est secundum naturam divino more &c. Junge verò huic ultimæ rationi alia dicta tum in primis Psal. 2, 7.

Ex parte hunc errorem ex orco reduxerunt Néophotiniani. Etsi enim afferant, Christum à nativitate Filium Dei fuisse ob miraculosam conceptionem & nativitatem, magis tamen id ei competere censem ob similitudinem in munere anno 30. inchoato. Schmal. de divinit. f. C. c. 12. p. 73. ac in morte desuisse esse Filium Dei. Schmal. Respons. ad c. 12. part. 2. Smigecii: nunc verò multò perfectius ea dignitate prædictum ob resurrectionē & glorificationem. Id. de J. C. p. 74. adeò ut Socin. contra Bellar. & Wiek. c. 5. p. 243. afferere audeat, Christum ante resurrectionem, Dei Filium plenè & perfectè non fuisse. Ergonè anno 12. Christus non plenè sed imperfectè filius adeoq; semi filius fuit? Ergonè ita etiam debuisset Patrem appellare? Si similitudo perfectior in munere consistens anno 30. ita demum cœpit, ut antea ne specimen quidem futuri ederet muneris, quo modo anno 12. in iis quæ Patris sunt, esse eum oportuit? & cum, afferente rectè Schmal. p. 73. catenù sit Deus, quatenus Filius Dei, erit non plenè Deus, Deus imperfectus, adeoq; ex parte & semi Deus? ubi tota

Scriptura ita loquitur? absurdâ sunt,  
impia sunt.

PARS



### PARS. III.

#### Christus in domo.

X. Duobus versiculis totam 18. annorum historiam complectitur Lucas, reliquis Evangelistis planè eam prætereuntibus, unde patet, eum ut vulgarem hominem interea vixisse: Tanta erat exinanitio. Describitur v. *Christus tūm respectu parentū, tūm respectu sui ipsius.* Ad prius pertinent i. *descensus & adventus Nazaretham cum parentibus,* quæ ejus patria ratione conceptionis & educationis, sicut Bethlehem ratione nativitatis & Capernaum ratione conversionis & jure hospitii. Noluit enim educari apud Doctores, ut Samuel: apud Pharisæos, ut Paulus: apud Essæos in deserto: sed in œconomia vulgari, vico obscuro, ut doctrinæ & officii ipsius auctoritas, non ab humanis præsidiis, sed à solis divinis testimoniis pendebat, ait Chemnitius. 2. *Subiectio tām quoad admonitiones in doctrina quam quoad mandata in operibus.* Vox *κοτασθρόνος*, observante Chemnit. significat externas actiones alterius superioris dominio gubernari. Tribuitur enim servis, liberis, uxoribus & subditis, qui à Dominis mandata accipiunt & ea exequuntur. *Syrus itare reddidit*, ut fermè diceret, erat servus eorum *עָבֵד מִנְיָסְרָן* eis. Atque *tūm* ex hac voce, *tūm* quia ministerium nondum inchoarat, nec literas didicerat *Joh. 7, 15.* nec ignavo otio torpuerat, *tūm* quia parentes pauperes, ut Christus victimum manib. quæreret opus haberet. *Basil. Tom. 2. de vita solitaria c. 5. p. 364.* Edit. *Basil.* *tūm* quia id asseverant sympatriotæ, *Marc. 6, 12.* colligunt *Justinus in Dialog. ad Tryph.* aliq; Patres, Christum fabrilem exercuisse aitatem.

XI. Respectu sui ipsius describitur Christus in ult. vers. in quo II. *Respectu diligenter perpende Subiectum & Prædicatum.* *Subiectum* Jesus *sui ipsius.* nomen totius personæ duabus naturis constantis ab officio sic determinat, *ubi nota* nominatæ. Referimus enim hanc prædicationem ad primi generis communicationis idiomatum modum illum, quando concreto utriusq; naturæ in Christo tribuitur proprietas uni naturæ conveniens, ut mox videbimus. Errant in Subiecto Ariani, Christum, 2. *Prædicatum* quat. Deus est considerantes. *Vid. q. 3. & Nestoriani divinam naturam* in quo occurrituram persona divisa separantes, de quibus q. 4. In *Prædicato* *tit* tria occurunt: 1. *Profectio ipsa.* 2. *Profectionis materia.* 3. *Profectionis ipsa.*

ctionis modus. De profectione quadruplex sententia. Jesum videlicet profecisse. 1. *nata dñno* & opinionem hominum *Bell. l. 4.* de anima Christi c. 5. 2. Sicut præceptor proficientib. discipulis: sic verbum Dei cum nos crescimus, crescere dicitur. *Col. 2, 6. Didac. de Yang. Prompt: conc. p. 154.* 3. *nat' evdē* manifestatione, sicut Sol ab ortu ad meridiem claritate proficere dici potest. *Fr. Luc. Brug. in Luc. c. 2. v. 13. Salmer.* primam & tertiam conjungit & experimentalis sapientiae accretionem (de qua mox) addit, subjungens: *Itaq; habes hujus loci complures Catholicos intellectus, ex quibus eligit prudens lector, quem velit..* Nos contra tres has explicaciones urgemos, tam in genere, quod 1. plures secunt pugnantes explicaciones nequeant omnes esse Catholicæ. 2. non sint literales: at littera nisi manifesta urgeat necessitas, non deferenda. 3. non tantum non sint literales, sed etiam nimis duræ & coactæ, ut quivis videt. 4. eadem profectio staturæ tribuitur? at haec verè in ipso Christo facta. 5. additur apud Deum quoque creuisse, quod profectum realem in ipso Christo requirit... *In specie contra primam I.* quod Mānicħæi *nata dñno* etiam ætate & statura creuisse dicant. 2. Scriptura quando quid ex opinione hominum de Christo diceret solet, id statim explicat. Confer *L. 2, 48. 3, 23.* at hic in re gravissima id non facit. 3. quæ de humanitate Christi Scriptura ḡn̄t̄s afferit, per opinionem hominum explicari non debent, ne Manichæi incarnationem, Hilarius passionem, Calviniani universalem satisfactionem ita explicit. Nil militant dicta à *Salmerone* citata, 1. *Paralip. 11, 9. 2. Paralip. 17, 12. Job. 3, 30.* profectus enim realis non putativus in iis, quæ illic subintelliguntur, rebus innuitur. **Contra Secundam,** 1. quia in nulla lingua talis loquendi consuetudo. Nam *now noīlār*, quando quis se cum illis, quos alloquitur, conjungit, novimus; ad quam pertinent exempla *Salmeronis* (licet & ipsa valde dura) at haec hoc loco aliena. Verbum Dei non prolatum sed receptum, ut semen verè crescere dicitur. 2. quinam erant illi Christi discipuli proficientes? 3. num etiam illis profectus staturæ & gratiæ tribuendus. **Contra Tertiam,** quia si magis quam anno 12. manifestasset sapientiam, magis etiam homines eam animadvertisserint, quod cum exinanitione illius temporis & testimonio Nazarethanorum sub initium ministerii Christi dato pugnat. 4. Nos ergo literalem retinentes sensum verè ipsum Christum secundum humanam

humanam naturam ut ætate ita sapientiæ creuisse statuimus, cum  
Athanas. l. 4. contra Arian. Cyrill. l. 10. Thesau. c. 7. Ambros. l. de In-  
carnat. Domin. Sacramento c. 7.

XII. 2. Profectionis materia triplex. I. Sapientia in anima.  
Pontificii & Scholastici modò triplicem, modò quadruplicem, triplex.  
modò etiam quintuplicem (ut Osorius tom. i. Conc. domin. infra 1. Sapientia.  
octav. Epiph. p. 256.) Christo adscribunt sapientiæ i. increatam, quæ  
nullo creverit pacto, per quam si omniscientiæ idioma Deitati  
proprium, humanitati cum reliquis idiomatibus communica-  
tum, quorum tamen usum propter exinanitionis statum eadem  
non plenè exercuit, Osorius intelligit, consentientes nos habet,  
licet alii ex nostratis ea ratione quoque creuisse Christum asse-  
rant, quatenus successu temporis radios illustriores exeruerit: quæ  
sententia in se analogiæ fidei non repugnat, quin videtur fundari  
in v. 40. quo plenus fuisse dicitur sapientia, & in hoc Evangelio  
cujus specimen edidisse. Sed cum i. vix commodè hoc in loco τὸ  
πρόσωπον per manifestationem explicari possit. 2. τὸ πλήρειον tām  
per impleri passivè, quām per plenum esse activè reddi possit. 3. non  
videatur eadē esse sapientia, cuius specimen in hoc Evangelio  
edidit, & qua creuisse dicitur: tūm quia illud, omnibus conceden-  
tibus extraordinarium & singulare planè fuit, quale in reliqua  
Christi vita ad annum 30. non extitit: tūm quia in ejusdem mani-  
festatione crescere non potuit, ut tb. 11. vidimus: hanc sententiam  
suo relinquimus loco: 2. Tribuit Osorius Christo scientiam crea-  
tam, quā videt in verbo omnia, quæ Deus videt, scientia visionis,  
alii eam beatam appellant: hanc, quia creatam vocat, subjectivè  
humanitati inhærere, non potest non cum Thoma afferere, quod si  
ergo prioris communicationem, ceu supervacaneam, negaverit  
revera enim Agnoeta, Themistianus, Nestorianus, duas in Christo  
omniscientias fingens, & humanam naturam, quatenus in λόγῳ  
subsistit, omnisciā esse negans: nosq; propterea & scientiam  
ipsam, & incrementum in manifestatione, ut conficta rejicimus.  
3. Infusa, similis angelicæ ab ipso dicitur. Etsi vero libentes con-  
cedamus, sicut reliquis Spiritus S. habitualibus donis, ita sapientiæ  
quoque Christum non caruisse: perfectum tamen gradum ejus, ut  
amplius in ea crescere non posset, in hac vita habuisse Christum  
non concedimus. Post resurrectionem quidem Christus sicut cor-

D. 3.

pore?



pore, corporum glorificatorum: ita anima animarum glorificata-  
rum angelicisq; dotib. perfectissimè præditus fuit: ante illam ve-  
rò eas habere perfectè non potuit, tūm ob statum exinanitionis  
*Phil. 2. v. 6, 7.* tūm ob similitudinem per omnia cum pueris *Heb. 2.*  
*v. 16.* tūm ob assumtas infirmitates, sine peccato, tūm ob admis-  
sionem, de qua *Marc. 5. v. 5.* Ergò nec ostensio ejus crescens hīc  
locum habere potest. 4. Subiungit *experimentalem* & 5. *acquisi-  
tiam* per species intelligibiles: & his creuisse dicit. Sed hæ per prio-  
res tolluntur: si enim omnia novit visione beatifica & scientia in-  
fusa, quomodo quædam ignoravit, ut per species intelligibiles ea  
cognosceret? quis Adamum peritissimum rerum naturalium,  
scientia physiologica profecisse diceret, cum animalibus nomina  
imponendo se sapientissimum esse ostenderet? Verior ergò senten-  
tia est, Christum ut verum corpus, ita veram quoq; assumisse ani-  
mam, quæ verè sapientia humana pro ratione ætatis & gratiæ in-  
habitantis crevit.

2. ηλικία.

Statura.

Ætas.

3. Gratia.

XIII. Profecit II. ἡλικία seu statura in corpore. In aliquo Græ-  
co exemplari ea primo loco ponitur, ut & in versione Syriaca: in  
uno verò vetere exemplari planè deesse, Beza observavit. Duo verò  
significat in N. T. i. Staturam hominis. *M. 6. v. 27.* *L. 12. v. 25.* c. 19.  
*v. 3.* formatur enim ab ἡλιος, i.e. quantus. Sic *Syrus* habet בָּקָרְמָתָה  
in statura sua: *Ambica* item versio & pleriq; Interpretes. Atq; hæc  
significatio aptè huc quadrat. 2. Ætatem, *Job. 9. v. 21, 23.* *Heb. 11.*  
*v. 11.* Quæ significatio non ita malè (ut Beza *Erasnum* reprehendi-  
dens opinatur) huc quadrat, si ætatis vocabulo vel cum *Erasmo* o-  
mnes dotes intelliguntur, quas anni subolescentes advehere solent:  
vel sensus fuerit, eum pro ratione ætatis sapientia creuisse, ne hu-  
manum excedens modum, phantasma non homo videri posset.  
Profecit III. gratiā, quæ vox & activè & passivè hīc reddi potest.  
Activè, quidem (atq; ita erit præcedentium duorum causa) per  
qualitates & dona à Spiritu sancto data, sicut *Eph. 4. v. 7.* *Rom. 12.*  
*v. 3.* atq; hisce donis habitualibus gratiæ Christum reverè profecisse  
certum est, sicut alias q. desertus tristatur, alias contrà Spiritu  
exultat. Osor. T. i. conc. super hoc *Evang.* negat ex *Thom. 3. p. 9. 7.*  
*art. 12. ad 3.* Christum gratia augeri potuisse, cum quo cresceret, non  
haberet, sed quia hoc sine omni afferitur *Scriptura*, & res ipsa te-  
statur, Christum in ministerio plura & majora, quam antè edidisse  
gratiæ

gratiæ opera, reverà gratia crevissé negari nequit. Passim etiam redditus potest (atque ita erit præcedentium effectus) pro acceptum esse Gen. 39. v. 21. Exod. 3. v. 21. Act. 20: v. 47. quod videlicet indies gratior & acceptior redditus fuerit.

XIV. 3. Modus proficere est, quod in hisce profecerit apud Deum & homines. Bellarm. lib. 4. de anima Christi c. 5. tantum ad gratiam hanc particulam refert, cum reliquæ sint absolutæ, nec apud alios quis dici possit proficere sapientiam vel ætatem. Sed refutat eum modus loquendi de Samuele, à Scriptura usurpatus 1. Sam. 2. v. 21, 26. quo etiam Lucas alludere videtur. Phraseos hujus explicacionem à Salmer. tr. 47. f. 442. prolatam, apud Deum & homines, i.e. in his quæ Dei sunt, & quæ hominum, sive ad laudem Dei & utilitatem hominum, alienam esse, quivis videt. Alii apud Deum & homines proficere explicant excellentiori & divino modo crescere, at hanc explicationem vox *λατεῖνης* admittere non videtur: & juxta eandem dicendum fuisset, non apud homines, sed apud Deum profecit. Nos explicationem phraseos petimus ex 2. Cor. 8. v. 21. ut apud Deum crescere, sit non fictè & simulatè, sed Deo ipso teste, judece, approbatore, verè & sincerè in his proficere, cum verò necesse sit, ut profectus aliis etiam innotescat 1. Tim. 4. v. 15. apud homines, est etiam hominum judicio crescere. Crescit quis apud homines, & non apud Deum in virtute ficta: crescit quandoq; quis in virtute vera apud Deum, & non apud homines, Christus verò in sapientia crevit apud Deum & homines.

#### QVÆSTIONES EX HAC PARTE.

I. An Christus secundum humanam naturam sit omnipræsens? Piscator in not. Germanicis ad versum 52. & in notis latin. ad vers. 49. atque late Nabum concione super hoc Evangelium probare conantur gemitino arguento, omnipræsentiam Christo non fuisse cōmunicatā (quæ n. de immēritate, trāsfusione, exēquatione, subjectivā inhēsione immiscet, ne in mentē quidē nostris unquā venerunt) I. Quia de loco in locum processit, nec in itinere cum parentibus sed Hierosolymis fuit. II. Quia staturā, longitudine & latitudine crevit! Sed tria monemus adversarios, quæ si observaverint, res erit expedita. I. distinguant inter præsentiam humanae naturæ ad *τὸν λόγον* & ad creaturas: Illa est personalis unio ipsum λόγον, quatenus λόγος est, immediatè respiciens, absque ulla consideratione, creaturarum, locorum, quantitatum. Non enim est loca-



localis vel naturalis; sed personalis. Nulla ergo opus est vel extensio-  
ne carne vel cōtractione in λόγῳ, & proinde localitas & accretio-  
carnis eam vel tollere vel impedire nequivit. Hac quid sit mox au-  
diemus. II. Recte præsentia humana natura ad creaturas definiat.  
Cum enim hanc non humanam, sed divinam statuamus juxta Dei  
omnipræsentiam est definienda: Illa verò secundum Scripturas est  
actio, quâ Deus juxta liberam suam voluntatem creaturis adest, ge-  
neraliter omnibus, gratiosè Ecclesiæ, gloriosè beatis. Cum verò  
divina sit præsentia, quam humanitati communicatam afferimus,  
faceat objectio de longitudine & latitudine corporis, de expan-  
sione & dilatatione, de processione de loco in locum &c. Hac  
enim ad humanam pertinent præsentiam vel physicam; divinam  
verò ullo modo attingunt. III. Distinguant inter statum exinan-  
tionis & exaltationis. In illo divinam præsentiam sicut & reliqua  
divina idiomata non exeruit per humanitatem, pugnat quippe  
cum statu exinanitionis, omnia per eam præsenter gubernare.  
In hoc per sessionem ad dextram Dei omniū in cœlo & in terra gu-  
bernationem plenariam secundum humanitatem accepit. Hinc  
Form. Concord. Loc. de Pers. Christi §. affirmativ. ii. p. 608: Eamq; (di-  
vinam) Majestatem, ratione unionis Personalis, semper Christus ha-  
buit: sed in statu suæ humiliationis sese exinanivit: quâ de causa re-  
râ aetate, sapientiâ & gratiâ apud Deum atq; homines PROFE-  
CIT. Quare Majestatē illā non semper, sed quoties ipsi visum fuit, exe-  
ruit: donec formam servi, non autem humanam Naturam, post re-  
surrectionem plenè & prorsus deponeret, & in plenariam usurpatio-  
nem, manifestationem & declarationem divinæ Majestatis collocare-  
, tur, & hoc modo in gloriam suam ingredieretur. Itaq; jam non tan-  
, tum ut Deus, verum etiam, ut homo, omnia novit, omnia potest,  
, OMNIBUS CREATURIS PRÆSENS EST, & omnia  
, que in cœlis, in terris & sub terra sunt, sub pedibus suis, & in mā-  
nu sua habet. Sic in explicatione Form. Concord. p. 783. afferitur,  
quod Christus hanc Majestatē, ut præsens sit ubi cong; velit, secundum  
suam humanitatem ad dextram Majestatis & virtutis Dei acceperit.  
Breviter repetendo, objectiones loquuntur non de præsentia hu-  
manæ naturæ vel ad λόγον vel divina vel in statu exaltationis: sed de  
humana & in statu exinanitionis. Nihil ergo contra nos conclu-  
dunt.

2. 11



2. An Christus obedientiam parentibus juxta legem debuerit? Affi.  
Piscator in notis germanicis ad Luc. 2. v. 51. partim quia filius Adami, partim quia filius Israelis, seu ut in Resp. Apol. ad Parasc. Vorst. p. 2. c. 8. p. 157. loquitur, jure creationis, atq; hinc nobis ea nihil mereri potuisse concludit, quod ex Socino de Christo Servatore p. 3. c. 5. didicit, cui & asseclis brevitatis gratiâ tria tantum opponimus. I. Scripturæ claritatem, Filius hominis Dominus tertii præcepti Matth. 12. v. 18. Marc. 2. v. 28. E. nec quarti debitor. 2. Personæ obedientis dignitatem. Non enim purus Adami vel Israelis Filius, sed δεύτερος, subjectus hic est parentibus. Si Piscator vellet negare cum Socino divinitatem, remitteremus eum ad Theologorum nostrorum hac de re scripta: sin cum Nestorio dividere personam, remitteremus eum ad Paulum, qui Filium Dei sub lege factum asserit Gal. 4, v. 4. & ad Concilium Chalcedonense, ubi audiet, in actionibus quæ pertinent ad officium Christi, utramque natu- ram agere quod sibi proprium est, cum communicatione alterius,

3. Obedientiæ utilitatem, quæ est nostra justificatio Rom. 5. v. 18, factus est sub lege, ut nos, qui legi eramus obnoxii, redimeret Gal. 4. v. 4. & 5. estq; perfectio legis non sibi sed credenti Rom. 10. v. 4. At si debitor ipse fuisset, hæc aliis promereri suâ obedientiâ non potuisset.

3. An Christus Deo Patri sit æqualis? Ex profectu sapientiæ in- æqualem Patri esse Filium, veteres Ariani colligebant, teste Athan. orat. 4. contra Arian. p. 288. edit. Comel. quod argumentum ita fir- mum esse, ut refutari nequeat, asserit Schmaltz. in refut. thes. Schopp. p. 22. Nos verò cum Athanasio distinguimus inter naturam divi- nam & humanam, quæ etiam propriam humanam habuit sapien- tiam, in qua verè crevit, & juxta quam Patri inæqualis fuit. Nulla verò consequentia. Christus secundum humanam naturam Patri est inæqualis. E. nec secundum divinam naturam æqualis. Ariani quidem duas in Christo naturas concedentes hanc admittere co- guntur distinctionem: sed Photiniani, atq; ex his Schmaltzius, in primis Resp. ad secund. part. Smigleci c. 14. p. 140. petitionem prin- cipiis nos committere hac distinctione dicunt, cum propter hoc ipsum ejusmodi loca à Photinianis adducantur, ut doceatur, non esse in Christo istas duas naturas. Sed mitto, non peti principium distinctione allatâ, quæ in Scripturis fundatur: hoc urgeo, Respon-

E dentem



dentem non petere principium, cum ex suis principiis, quamvis ab adversario non concessis solvit argumentum, nisi eadem prius adversarius expugnaverit. Addo petitionis principii absurdè eum accusari, qui illa, quæ ab adversario ad evertenda sua principia afferruntur, cum principiis suis non pugnare, sed optimè conciliari posse demonstrat: sanè conclusiones contra adversarium valentes, ex nostris principiis deducere haut possumus; at objectiones ejusdem invalidas reddere possumus, si nostræ sententiæ eas contrarias non esse, ex nostris demonstramus principiis. Concedimus enim Christum sapientiâ verè creuisse, fuisse Patri inæqualem, sed consequentiam negamus. Ergò planè non habuit perfectam sapientiam, nec fuit Patri æqualis: æquè ac illam, Christus est homo. E. non est Deus. *Quin* ex hoc ipso duas naturas in Christo probamus: Contraria diversarum naturarum idiomata non possunt de eadem persona nisi ob diversas naturas eodem tempore enunciari: Esse sapientiam ab æterno genitam *Prov. 8, 22.* & sapientiâ crescere: esse Patri inæqualem *Job. 5. v. 18.* & inæqualem, sunt contraria diversarum naturarum idiomata. Ergò de eadem Christi persona non nisi ob diversas naturas enunciari possunt.

4. *An Deus bimestris & trimestris dici possit?* Negavit id in *Councilio Ephesino Nestorius*: Voces enim Evangelicas & Apostolicas de Christo duabus personis dividebat, alias attribuens Christo homini & non Deo, alias Christo Deo & non homini: sed cùm unus sit Dominus, unus Jesus, unus Christus *1. Cor. 8. v. 6. 2. Cor. 5. v. 14 c. 11. v. 2. 1. Tim. 2. v. 5. Rom. 5. v. 17.* nec aliud Jesus sit Deus, aliud homo: & verò Jesus hîc dicatur ætate profecisse, utiq; eadem ratione Deum (incarnatum videlicet) ætate profecisse, bimestrem, trimestrem fuisse dici potest: cùm in his prædicationibus Deus & Jesus sint ejusdem personæ nomina, in altero à divina natura, in altero ab officio denominatae.

5. *An Christi humanitati omniscientia communicata?* Affirmativa fundatur in personali unione: si enim λόγος ita seipsum carni communicavit, ut divinitatis plenitudo habitet in humana natura τωματινᾶς: utiq; etiam sapientia divina ei communicata fuit. Probatur per Scripturæ asseverationem: *Col. 2, 3.* in Christo omnes thesauri sapientiæ sunt absconditi, non secundum divinitatē juxta quā est ipsa omniscientia. Exeritur per *Spir. S. unctionē* sine mensura fatidans.

Etiam Job. 3, 34. & ad dextram Patris sessionem. Requiritur propter officii rationem, tum in precibus exaudiendis, tum in hominibus judicandis, ad quae *nægdiognosia*, quæ infinitæ est scientiæ, necessaria. Negativam Jodocus Nahum in conc. Domin. I. post Epiph. probare conatur, cum alias sapientia verè crescere non potuisset. Sed brevitatis ergò triplici distinctione rem totam expedimus.

1. Est inter sapientiam in Christo, quæ duplex, subordinata tamen, alia nempe divina infinita immutabilis, & hæc crescere & augeri non potuit; alia est humana, juxta quam verè profecit, quod in thesibus demonstratum, verè etiam nonnulla ignoravit. 2. Inter communicationem divinæ sapientiæ in primo unionis momento factam, & ejusdem usurpationem: hæc ignorantiam & profectum sapientiæ humanæ tollit, illa non item. 3. Inter statum exinanitionis & exaltationis: In illo ob inhibitam usurpationem divinæ sapientiæ humana crescere potuit & crevit, in hoc & humana sapientia ad perfectissimum gradum pervenit, & divina semper per & in humanitate se exerit.

---

## CATALOGUS QVARUNDAM ER- ronearum propositionum collectus ex nonnul- lis Postillatoribus.

I. Agno Paschali successit in N. T. Cœna Domini, ceremonia saltem mutata est, non ipsum cœlestedonum, *Christus agnus im- maculatus pro nobis immolatus, Nahum in Conc. Dom. I. post Epi-*  
*phan. p. 123.*

II. Christus in templo sedens contulit cum Scribis de rebus di-  
vinis, ut aliqua ex illa collatione divinæ sapientiæ accessio fieret.  
*Id. p. 125.*

III. Christum quærens inveniet in crucifixi repræsentatione,  
per imagines, in quibus adorat Christum tanquam præsentem.  
*Pelbart. de Themenwar in Pomerio sermone 2. super hoc Evangel.*

IV. Filii debent parentes honorare etiam mortuis subveniendo  
*Eccles. 3. Eleemosyna patris, id est, pro patre & matre data non erit*  
*in oblivione coram Deo. Nam Christus in morte Mariæ adfuit. Id.*  
*Serm. 3.*

V. Plus meriti acquirunt matres, si ipsi lactent infantes. *Id. ib.*  
VI. Supremus omnium orbis quem Empyreum appellamus,  
& Dei sedem Esaias vocat, ut sessori suo propinquissimus, ita im-  
mobilitatis ejus particeps est, qui quamvis immobilis sit, mutatus  
tamen aliquando fuit, quando à non esse prodiit inesse *Granaten.*  
*T. i. conc. Domin. infra Oct. Epiph. p. 253.*

VII. Qui intimi singularesq; Dei amici sunt legem ejus abun-  
danter adimplent, & plura quidem faciunt, quam lege præcipitur.  
*Philip. Diez T. 3. Conc. i. super hanc Dominicam p. 623.*

VIII. Plus homo meretur operibus, quæ ex obligatione ( id est,  
voto Papistico) quām iis quæ voluntariè facit. *Id. ib.*

IX. Deus non nos ad impossibilia, neq; ad nimium quidem  
difficilia obligat (*hoc afferit ut probet semper orationibus attendere*  
*non esse necessarium*) *Id. Conc. 3. p. 650.*

X. Petra solida est cor Mariæ Virginis: super cuius fidem fun-  
data est Ecclesia & ædificata, & in cuius corde reposita sunt funda-  
menta æterna mysteriorum fidei nostræ, quæ de Christo Deo &  
homine revelata sunt, ut in eo conservarentur & ab eo fidelibus  
communicarentur. *Didacus de Yangvas Promptuar. conc. p. 154.*

XI. Quām profundè descendit & humiliatus est summus ille  
Pater amore formosi hujus Filioli correptus, qui divinam naturam  
exinanivit, ut exaltaret in Christo quantum posset humanam. *Cor-  
nel. Mussia Conc. T. i. p. 147.*


XII. Christus toto deinde ( id est, post Baptismum) anno usq;  
ad miraculum in nuptiis factum, Apostoli officium sibi non arro-  
gavit, ut publicè concionaretur. *Id. p. 168.*

*Sancte Puer Jesu, doce nos te in verbo querere, que-  
sum invenire, inventum hic & in eternum amare.*

94 A 7385

ULB Halle  
002 728 095

3




VD17

1. Histor. geograph. omni kinder in Europa et Asia  
2. Ministr. solos conuersal. et ipsos.  
3. Antiqua et curiosa.

## Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19



TIO  
cæ primæ  
festum.  
HARDO  
FESSORE  
*&c. Affine*  
nit  
LYSERUS  
VII.  
MANNI.